ita enim interpṗtat inde Plynius. Scito.n. cōferentem me auctores deṗhendisse a iuratissimis, & proximis ueteres trāscriptos ad uerbū, nec nominatos. Iuratissimos dixit, litteratos, & quasi iureiurando doctissimos affirmatos, pximos uero, q, ppter doctrinā, ppius sūt famæ. sensus.n. ē. Scias o Tite, cōferentem me auctores deṗhēdisse ueteres trāscriptos ad uerbū, nec noiatos ab iis. s. q lr̄atissimi credunt, &, ppter doctrinā sunt celeberrimi. Sipūtinus, abiuratissimis corrigit, qd uocabulū significare dicit cōiunctissimū. inqt.n. Abiurati, cui⁹ uerbi suplatiuo Plynius utit ii dicunt, q uinculo quodā amicitiæ, q̄si sacramento astricti sunt. Ego sane fateor abiuratū cōiūctū dici, nō auctoritate Sipūtini cōtētus, sed Apuleii, q in deo Socratis ait. Lemurē secūdo significatū appellam⁹ aīum humanū, exutū & liberū stipēdiis uitæ, corpe suo abiuratis. sed isti us uerbi significatio nō facit ad sensum Plynii, nisi fortasse ueteres auctores trāscriptos ab amicis & cōiūctis eorꝝ Plynius dicit. Quæ sentētia, q̄ sit digna ingenio Plynii, tibi iudicādum Partheni relíquo. Adde etiā cꝓ oēs codices a iuratissimis habent, ubi a ṗpositio est. Sequitur deinde Plynius. Nostri crassiores antiquitatū exēplorū artiumq̄. Repetēdū est hic, inscripserūt. Deridet.n. Plynius græcos, ut nimiū in festiuioribus titulis excogitandis ambitiosos, latinos uero in his modestiores fuisse dicit, qui non κέρας ἀμαλθείας. i. copiæ cornu. nō κυρίον. idest fauū. non πανδέκτας. i. oīa cōtinētes. nō τινακίδιον. i. catillum. non ἐγχειρίδιον. cꝓ is liber semper in manibus sit habēdus, opera sua appellauerunt, sed ea, aut antiquitatum, aut exēplorū, aut artiū titulis inscripsere. Hæc eadem Gellius libro ultimo noctiū atticarum, de græcis & latinis scribit. Inde Ply. Quā facetissimi lucubrationem puto, et qui ait, bibaculus eram, & uocabar pantomimus. Sensus est. Ego puto lucubraiionis inscriptionē, esse hominis latini q̄ facetissimi (ut asserit Furius bibaculus) libros suos lucubrationis inscribēs, qui ob diligentē imitationem, Pantomimus est ab omnibus appellatus. Ordo uero est. puto lucubrationem q̄ facetissimi, ut asserit qui ait, bibaculus eram, & uocabar pantomimus. inde Ply. Varro in satyris suis sustulit & flexibula. Varro satyras quasdam cōposuit, quibus flexibula nomen imposuit, (ut testat Nonius Marcellus) qui in interpretatione uocabuloꝝ Varronē in flexibulis allegat ubi impressores errauerūt. nā pro flexibulis flexabulis īpressere. Vocabulū pluratiuo numero declinat, & cōpositū est ex latino uerbo flecto, & græco uocabulo βουλή. i. cōsiliū, cꝓ lectione earū, cōsiliū deseri possit, & ea ratione dicit qua flexanima. sensus est. Varro in satyris suis modestiam latinoꝝ excessit, qui passus est tam ambitiso titulo satyras suas inscribere, cꝓ earum lectione omne cūsilium sit deserendum. ordo uero est. Varro in suis satyris, flexibula sustulit. i. passus est. peculiare enim præteritū est uerbi suffero. inde subintelligēdum est, inscribere. Sed animaduerte obsecro Partheni, quo pacto Sipūtinus tres istos locos interpretat, ubi uerba puertit. Nā ille ita corrigēdum putauit. Nostri crassiores antiquitatū exēplorū, artiūq̄ q̄ facetissime lucobrationē dicūt. Oēs, pfecto codices ueteres quos ego uiderim, q̄ facetissimi habent, & puto. aliqui uero dico. nullus tamen dicunt. Deinde ita ordinat. Oēs nostri latini, qui in antiquitatibus, & exēplis & artibus, rudiores sunt, q̄ græci, magis faceta inscriptione utentes, lucubrationē dicūt. Quib⁹ uerbis Sipūtinus hoc dicere uidet. cꝓ latini oēs, lucubrationis titulo opera sua īnscripserint, qd falsum esse quis ambigit? cū Gellius uarias latinoꝝ inscriptiōes auctorū enumeret. Illud nescio quo ore ausus sit dicere, Varronē satyras appellasse flexibula. Et quia eum pœniteret opus suū tam illecebroso titulo nūcupasse, eam postea inscrlptionē deleuisse (qd si ita est) respōdeat mihi uelim Sipūtinus, Quo pacto illæ satyræ ita inscriptæ pueneri nt ad ætatē Nonii, qni Varronē in flexibulis allegat? Seqtur Plynius. Apud græcos desit nugari Diodorus. quia scilicet non festiuiore titulo, sed operi suo apto & cōueniēti usus est. Diodorus enim oēm historiam ab initio mundi usq̄ ad Diui Iulii Cæsaris tempora. xl. libris cōplexus, bibliothecas historias inscripsit. Hæc sunt Partheni, quæ mihi in epistola Plynii a Sipūtino parū aīaduersa uidētur. Te uero & Bergomatē Raphaelem nostrū hac in re iudices deligo hac tamen cōditione, ut Plynio in manibus sumpto, hæc omnia ingenii uestri acumīe, quod quam maximū in utroq̄ cognosco, perpendatis. Et si fortasse placebunt, ea cōpositiora, & latiniora faciatis. sin minus, pro nostra summa iam uetere amicitia oro, obsecroq̄ flammis urenda tradatis. Vale, & me mutuo ama. FINIS. LAVS DEO.

a. .b. .c. .d. .e. .f. .g. .h. .i. .k. .l. .m. .n. .o. .p. .q. .r. .s. .t. .u. .x. .y. .z.
A. .B. .C. .D. .E. .F. .G. .H. .I. Omnes sunt quinterni, excepto nouissimo sexterno.

VENETIIS. IN AEDIBVS ALDI. MENSE IVLIO. M.ID.

Hunc librum non licet cuiq̄ in locis & Dominio Illu. S. V. impune typis excudere.

XIX. MCCCCXXXIX